

Raphael Eglin John Seton

Delineatio Doctrinae Praedestinationis, Veram Huius Mysterii Orthodoxi tradendi percipiendiq[ue] rationem distincte breviterq[ue] exhibens

Marpurgi: Hutwelckerus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746575459>

Druck Freier  Zugang





95

52^b.6.



Fa 1092 (95)

Tomo hoc XLVII. continentur:

1. Dithemi Icarus Academicus Norimb 1643.
2. Acclamatione pretemporaria Academiae Genesie cum eo
descenderet idem Ditherrus.
3. Orationes inauouatae Academiae Ludunensis Patavoru.
Polyadori. Walai. Anno. 1620.
4. Thysii.
5. Hommii.
6. Sinapij.
8. Ravi Panegyria Orientalib; linguis Trajecti ditta. 1643.
9. Hier. Welleri Consilium de studio Theol. Rostoch 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostoch. 1643.
11. Iusti Jone oratio de eodem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Heimfii. Homulia in Natalem Domini. Lugd. 1613.
13. —. In Christi Passionem. ibid. eod.
14. Quistorpij de Vinbu; Liberi Arbitrii ep II. cor III, 4. s. 1645.
15. Samhauen Doming gloria crucifixus. 1633.
16. —. De Melchisedeco e Gen. XII. 1634.
17. Iacobus Martini de Causa Peccati. 1639.
18. —. Analysis Capiti; Vad. Romanor. eodem.
19. Dorschauc De tribu; testib; in Terra. 1 Jo. V, 8. 1635.
20. —. De Peccato originali. eod.
21. —. Synopsis Theol. Zacharianae.
22. —. ad Hebr. XIII, 8. 1643.
23. —. ad Act. IV, 27. 28. 1646.

24. D. Mentzerus de Ecclesia. 1608.
 25. D. Hamelkenig de Persona Christi. 1645.
 26. D. Cothmannig de Predestinatione. Rostoch. 1692.
 27. ———. Pars II. ———
 28. Jo. Croig de Orthodoxa Fidei Delecta Mamp. 1619.
 29. ———. Euan. per Europā Doctrina cum script. S. conformitas.
 30. ———. De Apostolici nominis causis.
 31. ———. De Apostolica Ecclesiarū Euan. Doctrina.
 32. ———. De Catholicismo Ecol. Euangetica.
 33. ———. De Antiquitate Relig. Euangetica.
 34. Gocklenii Theses Apologeticae contra Finckium. 1606.
 35. ———. De Analogia seu proportione.
 36. Perzelius de S. Coena Stempforti 1602.
 37. Tossani Theses contra Euangeticos. ibid. 1605.
 38. Ravenspengeri Samson redivivus. ibid. 1619.
 39. Heyderi Euae quæstionum Theol. Maynurgi. 1611.
 40. Eglami de Generaliōe Christi. ibid. 1608.
 41. ———. De Fide justificante. ibid. 1617.
 42. ———. De Peccato in Spiritum S. cod. 44 β. Croig de Pecc. de Baptismo.
 43. ———. De Predestinatione. ibid. 449. Doctrina
 44. ———. ~~Compendium~~ ~~de~~ ~~pre~~ ~~destinatione~~ ~~et~~ ~~de~~ ~~peccato~~ ~~in~~ ~~spiritum~~ ~~s.~~ ~~cod.~~ ~~44~~ ~~β.~~ ~~croig~~ ~~de~~ ~~pecc.~~ ~~de~~ ~~baptismo.~~
 45. Conradig Vorshig de Idolatria Pontificiorum in cultu Euchar.
 46. ———. ~~Itie~~ Stempfort. 1608.
 47. ———. De Idolatria eorundē in cultu sanctorum
 48. ———. ———. In cultu Imaginum
 48. ———. ———. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Roeshii Soc. Jes. Disputatio Paradisiaca
50. Corradi Vossii Oratio Apologetica in
pleno Confessu Ordinum Hollandiae et Westphaliae
Gita. Hartmanni. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Hom.
Graevae. 1646.
52. — De Anima Hum. Simplicitate. 1644.
53. — Deinde IV. Conclusionum metaphysicarum. 1646.

1. 8.
2. 3.
3. 11.
4. 24.
5. 29.
6. 2.
7. 2.
8. 38.
9. 24.
10. 39.
11. 4.
12. 4.
13. 4.
14. 4.
15. 4.
16. 4.
17. 4.
18. 4.
19. 4.
20. 4.
21. 4.
22. 4.
23. 4.
24. 4.
25. 4.
26. 4.
27. 4.
28. 4.
29. 4.
30. 4.
31. 4.
32. 4.
33. 4.
34. 4.
35. 4.
36. 4.
37. 4.
38. 4.
39. 4.
40. 4.
41. 4.
42. 4.
43. 4.
44. 4.
45. 4.
46. 4.
47. 4.
48. 4.
49. 4.
50. 4.

| | |
|---------|-------|
| a - a | A - D |
| 16 | A - C |
| 35 | A - C |
| 30 | A - C |
| A - C | A - C |
| 20 | 65 |
| 40 | A - C |
| A - B | 48 |
| - | A - C |
| A - B | 16 |
| 35 | A - C |
| B - 36 | A - C |
| A - 00 | A - C |
| A - C | A - C |
| A - 00 | A - C |
| A - B | A - B |
| A - D | A - K |
| A - 00 | 51 |
| 40 | 24 |
| 128 | 24 |
| 72 | 20 |
| A - 00 | |
| A - D | |
| 19 | |
| 16 | |
| 32 | |
| A - G B | |
| A - C | |
| A - 00 | |
| A - C | |
| A - C | |
| B - G 1 | |
| A - D | |

43.
40

DELINEATIO
DOCTRINÆ PRÆDESTI-
NATIONIS,

VERAM HUIUS MYSTERII ORTHODOXI
tradendi percipiendiq; rationem distinctè bre-
viterq; exhibens,

IN ILLUSTRIS UNIVERSITATE MAURITIANA
Marpurgi disputationi publicæ proposita,

Authore & Præside

RAPHAELE EGLI
NO ICONIO S. THEOLO-
GIÆ DOCTORE ET PROFESSO-
re ordinario:

Respondente

JOANNE SETONO, ABREDONENSI
SCOTO.



MARPURGI CATTORUM,
Ex Officina Typographica Rodolphi Hutvvelckeri,
ANNO M D C XIX.

41
42. 50.
43. 49.
44. 70.
44.
45.



Nobilissimis Juvenibus,
DN. JOHANNIA SEGAR ANGLØ;
ET
DN. HEINRICO AB ITTERSUM, TRANSI-
SULANO BELGÆ:
Amicis ut Conjunctissimis; Ita studiis Legum, Virtutum,
doctrinarumque omnium, multò florentissimis:
Dominis & fautoribus meis intimis, in perpetuum amicitia
symbolum,
L. M Q.

Hæc meas exercitationis publicæ primitias sacras, in
Illustri Academia Marpurgensi propositas,

Confecrabam
JOHANNES SETONUS, ABREDO-
NENSIS SCOTUS.

Anno Domini 1619.
extremo Junio.



DELINEATIO DOCTRINÆ PRÆ-
destinationis.

I.

DEUS omnia agens ex consilio voluntatis suæ in de-
creti ipsius ordine finem, qui omnium primus est
in deliberando, in exequendo ultimus (is autem est
patefactio ipsius gloriæ) tanquam obiectum prin-
ceps sibi propositum habuit. Ephes. i. ve. ii. Rom. 9.

11. 22. 23. Proverb. 16. 4.

2. Hæc dicitur *προθεσις*, sive propositum, quod sine fine intelligi
nequit, eoque omnia tanquam sine, quæcunq̃ue ad finem sunt, eidem
includantur oportet, ut est Præscientia, sive *προγνωσις*, Prædestinatio
προρισμὸς, sub qua Electio & eidem opposita Reprobatio continen-
tur, utraq̃ue ab æterno facta.

3. *Προγνωσις* propriè est mediorum ad finem non tam præcogni-
tio, quàm præcognitorum dispositio sapientissima justissimaque: Si-
cut Prædestinatio est immutabilis mediorum cum sine & finis cum
mediis colligatio; Unde Electio gratuita in Christo, quoad prædesti-
nata ad gloriam vasa misericordiæ oritur, Cui ex diametro Rejectio
& Præteritio (Reprobationis nomine indigitata) vasorum iræ oppo-
nitur.

4. Deus igitur manifestaturus gloriam suã, necessariò simul præ-
decreverit in proposito finis oportet, in quibus eam manifestare vel-
let, unde Creationis decretum *ἀνα τῆ φύσε* producit, ut essent in
quibus gloriam suam manifestaret.

5. Sunt autem (præter cæteras creaturas, ex quibus æterna ipsi-
us divinitas & potentia deprehenditur) præcipuè Homo & Angeli:
Ubi ratione creationis apparet gloria bonitatis Dei, qui condidit eos

42
48
44
44
48
48

ad imaginem suam sanctos & bonos, licet labiles proprii arbitrii vi, si
eo sponte abuterentur.

6. Quia verò præter creationem Deus in consilio sui propositi
manifestatione suæ gloriæ, non tantum per bonitatem; sed etiam per
misericordiam & severitatem, tanquam scopum, sibi præfixit, fieri
nequit, quin simul lapsum permittere prædecreverit, ita quidem, ut
quoad eventum ex determinatione Dei immutabili, ille infallibilis
fuerit, licet quoad causam propriè dictam, vi liberi arbitrii, contin-
genter idem venerit, nulla coactione interveniente.

7. Causa cur hoc afferatur, non solum est, quod ne pilus capitis
absque voluntate cælestis Patris procidat, nedum ut genus huma-
num moderamine divinæ providentiæ rectum, Deo vel invito, vel
nesciente, vel connivente, sit prolapsum; sed etiam quod misERICOR-
dia & severitas justæ vindictæ absque miseria & peccato (propriâ li-
cet culpâ nostrâ contracto) intelligi, ac definiri nequeant.

8. Ex quo intelligitur quomodo Deus, qui prædeterminavit e-
ventum lapsum, & ad bonum finem ipse ordinavit, quod pessimo con-
silio creatura suscepit, author peccati nullo modo dici aut cogitari
nec possit nec debeat, cum aliàs nec verè misericors erga miseros esse
posset, si ipse in miseriam quenquam præcipitasset, anam ve aut cau-
sam ulli eodem præbuisset: nec justus ac severus esse vindex posset in
eos, & adversus id, quod vel cogitatione ab ipso profectum suspicari
possis.

9. Rursum apparet, quod sicut Deus decernens manifestare su-
am gloriam, necessariò simul decreverit oportet, in quibus a se con-
dendis bonis eam manifestare vellet: Ita idem Deus manifestaturus
gloriam misericordiæ & iræ suæ, necessariò simul præstituerit oportet,
vi duplicis hujus finis, quosnam vasa misericordiæ, & cõtra quos-
nam vasa iræ fieri vellet, decreto de fine omnia media naturâ præce-
dente, eoquæ absolute ab ipsius voluntate pendente, non ab interme-
diis, nec causis secundis.

10. Hinc liquet decretum miserendi, cuius vult, & contra de-
cretum non miserandi, sed prætereundi quos vult, (imò justis de cau-
sis, quandoq; indurandi) non quidem sine consideratione lapsum
& miseriæ, sponte hominum contractæ & ita non citra respectum
peccati

peccati factum esse: Sed tamen non propter peccatum, ut causam, sed ex liberrima, eoque absolutissima Dei voluntate, decernentis in solidum quos vel misericordiae vel vasa irae fieri vellet, pro *avresoria* & voluntatis suae beneplacito.

11. Utrumque enim horum & bonum est & ad gloriam Dei per se refertur (licet infinitis parasangis prae lucente gratia misericordiae gloriae iustitiae propter traditum pro nobis Unigenitum) unde non minus sanctum & iustum apud Deum fuit, aliquos vasa irae ipsum praedecrevisse, quam aliquos fieri vasa misericordiae praestituisse: licet in vasis misericordiae ipse operetur: In vasis irae non ipse in eis, sed ipse per ea, ipse iuste, ipsa vero injuste.

12. Quod vero aliqui pro eo, quod Deus aliquos praedecrevisse dicitur vasa irae fieri ex consilio liberrimae eoque absolutissimae voluntatis suae, dicitur Deum complures destinasse exitio, cum grano salis accipiendum est, quandoquidem exitium non proprie est finis, sed ex accidenti causatum duntaxat medium, quo Deus e tenebris lucem eliciens, utitur ad illustrandam gloriam severitatis suae, qui proprie est finis & in decernente supremum bonum, quoad reprobos iustis de causis damnandos, intentum; Ex quo perspicuum fit, damnationem nulli praedecretam esse irrogandam absque respectu peccati, imo non nisi propter peccatum exitio involvere eos Deum voluisse certum est; Destinare vero ad gloriam misericordiae vel irae & talia vasa fieri, vel non fieri ex intentione finis, media *τῆ φύσε* in consultando praecedentis, non nisi decernentis & volentis Dei est; secundum merum ipsius propositum.

13. Haecenus de fine tanquam summo bono, qui ut primus in intentione est agentis, ita in executione est ultimus, ubi simul de correlatis finis, gloriae nempe simpliciter dictae, & creaturae propter manifestationem gloriae condendis: Deinde distincte; gloriae tum misericordiae tum severitatis suae, ubi simul de miseria & peccato in genere, tum de iis quos Deus non nisi ex consilio voluntatis suae vasa vel irae vel misericordiae suae fieri voluit, est actum (decreto de fine à decreto de mediis interfecto & natura priore). Sequitur decretum de mediis ipsis ad finem & causis salutis Electorum & exitii Reproborum, eodem modo in consilio praestitutis, quo eorum executio sese habet, quod

A 3

qui

qui non animadvertunt, sponte in devia incidunt, finem cum mediis permiscentes.

14. Προγνωσις five sapientissima Dei non tam prævisio, quàm pro-
visio, proposito decreti tanquam omnium primo & generalissimo cō-
tinetur, ut videre est. Rom. 8. 24. 29. & cap. 9. 11. Eph. 1. 11. Sicut & i-
psa Prædestinatio, Electio, Vocatio, Justificatio, Glorificatio, confi-
derata in deliberante, eodem proposito cum contrariis continentur.
Respicit autem προγνωσις media ad finem tum in vasis misericordiæ
tum in vasis iræ, non nuda & nostri similis, sed cum διατίξει efficaci
conjuncta.

15. Ac primum quidem è mediis est decretum de mittendo Fi-
lio in hunc mundum, ut elueret suâ satisfactione communem lapsum
Adami & totam execrationem Legis, sufficientissimo passionis suæ
λίτρω semel in universum tolleret, aded ut ne Reprobi habeant, quod
quiritentur, quasi non communis Redemptor & promissus omni-
bus in Adamo iam olim fuerit & postea quibus Deus voluit per præ-
dicationem Evangelii (promissione renovatâ) repetitus, & in plen-
titudine temporis re ipsâ præstitus, & sub Lege factus. 1. Pet. 1. 20. &
2. 2. 1. Gal. 4. 4.

16. Hoc medium & remedium in commune Deus sub condi-
tione fidei proponi voluit, ut respicientes verâ fide Christum sibi sin-
guli applicarent: Quam conditionem licet in solis Electis gratis ipse
impleat, tamen ab omnibus meritò eam requirit, cum hominem san-
ctum & iustum condiderit, & lapso remedium proponat, ut ἀναπο-
λόγηται reddatur, Christum propositum fide sibi non applicans, sed
eum ἐκασίως reiiciens.

17. Sic dicuntur Pharisæi & Legis interpretes reieçisse Dei con-
siliium adversus semetipsos (τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἠθέτησαν) nō baptizati à Jo-
hanne. Luc. 7. 30. Sicut & Act. 13. v. 46. *Vobis necesse fuit primum expo-
ni sermonem Dei* (Paulus inquit) *Postquam autem repellitis eum & in-
dignos vos decernitis vitâ aternâ* (puta per Christum semel omnibus
partâ, iisdemque prout dictum est per sermonem Dei promissâ & ob-
latâ sub conditione fidei) *Eccce convertimur ad Gentes.* Ubi consiliium
Dei esse generale intelligitur de communi Redemptore omnibus
dando, & per Evangelium semel iterumve annunciando & ob signan-
do per

do per Baptismum; ut taceamus expressum textum testantem Domi-
num sanguine suo etiam abnegantes ipsum, id est, falsos Doctores
(utique non *ἄδελφον*, sed verè) mercatum esse: quod etiam perspicu-
um sit ex cognitione veritatis, licet non nisi intellectu tenus & assen-
su generali per Spiritum S. Reprobatorum nonnullis concessa, ut gu-
stent virtutes futuri seculi, quæ non nisi per Evangelium, eoque pro-
pter Christi meritum, dantur. Gal. 3. 2. 5.

18. Iterum considerandus est *Dn. N. Jesus Christus*, non ut me-
dium & remedium commune ac sufficiens, sub conditione fidei om-
nibus propositus, sed in specie tanquam Electorum caput, utpote
solis iis applicandus, quibus fidem & conditionem requisitam pœni-
tentia Deus gratis donare voluit, hoc est, solis Electis, quippe solis
his datis filio, ex mero Dei beneplacito inde ab æterno, cæteris ab æ-
terno rejectis & præteritis, cum nulli sit debitor.

19. Hic jam propriè dicta prædestinatio Electorum locum habet
(Voce prædestinationis tum finem tum immutabilem mediorum
ad finem *ἀγαθῶν* comprehendente) qui non propter prævisam fidem
prædestinati sunt, quod essent futuri Sancti, & perseveraturi in fi-
de, sed ut tales per gratiam fierent, efficaciter nimirum per verbum
foris & per Spiritum intus, non tantum in intellectu illuminati, sed
etiam in corde verè tracti, ut ex nolentibus fierent volentes, eoque
per Christi imputatam obedientiam fide justificarentur, regeneraren-
tur & glorificarentur gratis, propter unius *Christi Jesu* meritum, quos
impossibile est ex manu Dei tum rapi, tum perire. Joh. 10. 28. Matth,
24. 24.

20. Præteriti verò, nec in Christo Electi, sed in miseria nativa
derelinquendi ex opposito prædestinationis sanctorum consilio, ex me-
ro Dei beneplacito præteriti sunt, & prædecreti jam ab æterno, ut
per & propter peccatum sua culpa contractum, luerent pœnas
æterni exitii, ad demonstrationem iræ & justæ vindictæ Dei ad-
versus peccatum, aliis quidem atrocius, aliis mitius, æternum tamen
Reprobis omnibus puniendis: Maximè si qui admoto sole Iustitiæ &
veritate agnita resiliunt, & recalcitrant, quos etiam Deus justo judi-
cio suo propter peccatum tam grande indurat, ut ad tantò gravius
sup, licium eosdem justissimè tandem abripiat.

21. Hic est

21. Hic est ordo doctrinae predestinationis, tum quo ad finem, tum quo ad media ducentia ad finem; Quia tamen quos vult Deus serius & cyus vocat, nonnullos sub extremum etiam vite halitum demum: idcirco nullius est desperare de gratia Dei: omnium vero, salutem non modo non respuere, nec veritati oblatrare, sed humiliari, salutis viam capessere, & in timore & tremore Domini eam operari, ut quod plura fidei & charitatis cum sanctitate testimonia intus habemus, tanto copiosior subministratur nobis introitus in aeternum regnum Domini, & Servatoris nostri *Jesu Christi*.

22. *Quapropter studeamus, (fratres) Vocationem & electionem nostram firmam facere. Hec enim si fecerimus, nunquam impingemus. 2. Pet. 1. 10.*

PRÆSIDIS AD SCOTIAM

De


RESPONDENTE


Noëma.


S Etono, juvenum flore, Abredonia gaude;
Quæ juvenis verbis differit, illa facit.


F I N I S.

















5
IV.

ca genus non est ars nec prudentia.

ut prolixi sumus, nulla flagitat nece sitas: unico igr
ur: quicunq; habitus philosophicus non est practi-
ca vitia & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ
adunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Meta-
phis habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit.
t prudentiæ propria indoles, uti minore[m] ipsius
a, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte
dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc ar-
ti non competit definitio artis, illius genus ars esse
ysicæ non competit definitio Artis. Erg. Major
tio generis competit speciei generi subjectæ, quia
eò est corpus animatum sensu præditum. Minor
one artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habi-
flectivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men-
theor. transe. disp. 1. th. 28. p. 10. quia habitus pra-
physica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habi-
es habitus practici: Forlan species alicui compe-
genus illius speciei? quod ego non crediderim,
omo sit & non animal. Hac ille. Artem contem-
m Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. f. 1. & Scharf. theor.
p. 20. proclamamus σιδυρόζυλον. Nec juvat eum
io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore
quæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc.
b. 1. art. 3. f. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n.
p. 7. l. 1. quest. 1. & alii.

V.

ca genus non est intelligentia.

ut non adeò sit apud Dd. Metaph. controver-
sa brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta
lidedò non possit esse genus Metaphysicæ, quia
siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic
ca constituere nequeat, quia præcisè Principia
mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin-
ca esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-
A 3 jor